



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 7. Religio Græcorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

no conueniebant ad Thermopylas, olim in Insulam Calauriam, ut ait Strabo lib. 9. sed tum 7. tantum ciuitates legatos suos mittebant, quas nominat.

Theſaurus publicus Græciæ erat in Insulâ Delo constitutus, unde postea Athenas translatus est, & Pericli concreditus, de eo legendur Thucydides lib. 1. & Diodorus Sic. lib. 11.

Contraxere in bello contra Persas ad Plateas 12. hominum Myriadas, hoc est 120. millia armatorum teste Herodoto: in pugnâ ad Artemisium & Salaminam 280. triremes eduxere, si Diodoro fides.

Cùm autem diu inter se satis malè conuenissent, discordiis laborare cœperunt, quæ vix aduentu Persarum soperæ sunt. At Persis eis etiæ maiori contentione inter se depugnarunt; tūmque populi aliqui cæteris imperare visi sunt: primūm Athenienses, deinde Lacedæmonij, mox Bœoti, seu Thebani, ac demum deuicti auro & armis Macedonum libertatem omnes amiserunt. Hanc tamen restituerunt Romani per T. Quintium Flamininum, renitentibus licet Achæis, qui tandem domandi fuere, & vrbs eorum primaria Corinthus exscindenda. Tum verò Græcia tota in formam prouinciarum redacta est: sed ei reddidit iterum libertatem Imperator Nero, quam sustulit Vespasianus, atque ab eo tempore prouincia sub uno nomine Achaæ Romanis partit.

N V M. 7. Religio Græcorum.

GRÆCORVM religionem testantur elaboratissimæ apud eos statuæ, quas postea tanti fecere Romani, ut nequidem Deos iratos misericordibus relinquerent. Non inficias tamen iero SS. Patres eis exprobrare πολυποιησιν, & eos appellare θεομάχους potius, quam θεοτέρους. Ad eorum Religionem pertinent quoque ludi illi celebratissimi Olympici, Isthmici, Pythici, Nemei de quibus agemus in locis quibus celebrati sunt. Hanc quoque arguunt tot oracula, Delphicum in Phocide; Dodoneum, in Epiro, Trophonij, Lebadeæ in Bœotia; Apollinis Didariotæ, in Argolide; Amphiaraï, in Oropiis; Branchidarum, in Ioniâ prope Milletum, &c. Quis denique recensere queat sacra Græcorum Bacchanalia, seu Orgia, vel Trieterica, Mystia Cereris Eleusina, seu Tesmophoria, & alia de quibus Meursius libellum edidit?